

subterfugium omne tolleretur Vorstio, qui unionem duarum in Christo naturarum constituebat in influxu quodam divinæ virtutis in naturam Christi humanam, vel in aliqua divinitatis operatione, &c. Apolog. Exeg. pag. 89. Quæ Hæresis in Nestorio à veteri Ecclesia olim damnata fuit. Videntur, inquit, ex quo indicio? Nempe, quia in terminis non refutarunt Nestorium. At sic tandem videbuntur eodē jure caviſe ſedulo ne subterfugium adimerent Eutycheti, Sabellio, Macedonio, & ſi qui alij olim fuerūt hærefiū patroni, quia nihil ex professo contra eos dixerunt. Ex orco itaq; revocandæ & nominatim damnandæ fuerunt ſepultæ jamdudū atq; exoletæ omnes hærefes, ut Confessio Censoribus his placeret. Sed quid mirum fuſpicacibus his mortalibus aliter ſatisfieri non poſſe? Lutherus & Calvinus huius ejusdem ſuspicionis aculeum effugere non potuerunt, quod vid. Nestorio faverent, quamquam contra eum diſertè multa ſcripferunt; Vide Bellar. Cap. 4. lib. 3. de incarnat. Sed his miſſis, quomodo tandem videri potuerunt Remonstr. ſedulo caviſe ne ita ſe exprimerent, ut Doctori Vorſtio subterfugium omne tolleretur, cum certum fit, D. Vorſtium non conſtituiffe cum Nestorio unionem duarum naturarum in Christo in divinæ virtutis influxu, neandum in ſolo divinæ virtutis influxu. Locus qui ex Apologetica ejus exegesi à Cenſore citatus eſt, id adeò clare probat, ut verbum addere opus non fit. Iſthic enim id tantum agit, ut probet, non ſtatim laboraturā personalē duarum naturarum in Christo unionem, ſi divinæ Christi naturæ non tribuatur omnimoda iſta de qua ibi diſputat, immensitas; Rario eſt, inquit. Quia forma ſpecifica personalis unionis non conſiftit, nec ſtatui poſteſt, in ſola ſubſtantiali naturæ divinæ & humanæ indiſtantia ſive conju[n]ctione. Alioquin enim non modo tota Trinitas (quippe eſſentialiter ubiq; præſens) verè incarnata eſſet, ſed etiam quilibet homo, immo quælibet beſtia, aut planta, deniq; quælibet creatura, licet abjectiſſima, unionis hypoſtaſticæ revera particeps eſſet: Aliud itaq; quid neceſſarium eſſe dicit, præter iſtam indiſtantiam in quo forma ſpecifica unionis iſtius ſita eſt: Quid a. illud ſit, non definit: Sive enim certo nomine exp̄ imatur & vocetur vel influxus, vel illapsus arcanus personalitatis τελόγος, vel alia aliqua singularis Deitatis operatio, per quam humana Christi natura ad hypoſtaſiū τελόγος quaſi intimè attracta ſit, vel extraordinaria quædam Dei diſpensatio, ut Tertullianus loquitur, ſive dicatur certo nomine exprimi non poſſe, ut Scholastici pleriq; volunt, id ei perinde eſt. Unde, quam longè à

Aa Nestorio